



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. III. De Illustrissimis, & Reuerendissimis Cardinalibus S. Mariae Maioris
Archipresbyteris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Quod sit officium Archipresbyterii.

solemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit. Et in cap. ministerium: Ministerium Archipresbyteri, in eo constituitur, ut diligenti cura provideat ministerium Sacerdotum, Cardinalium, qui solemnem debeant agere officium in communicatione corporis, & sanguinis Domini Nostri Iesu Christi, à sacrosancto die Dominico incipiendo, per omnes Horas Canonicas indeclinabiliter perseuerent, ut opus Dei dignè, & sanctè perficiatur ab eo, cui committitur. Provideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium præceptis sui obtemperando Episcopi, nè aliquando cedant, aut scurrilitate torpeant. Si Episcopus item defuerit (exceptis his, quæ prohibita sunt) Archipresbyter provideat cuncta, quæ in Sacerdotum ministerio perfici debeant: fontes benedicere, infirmum oleo perungere, penitentem infirmum consulto Episcopo reconciliare, penitentiam cunctis alijs Sacerdotibus iniungere. In præcipuis festiuitatibus aut ipse celebrationem Missæ solemniter impleat, aut ad sui iussionem, cui committitur peragat veneranter. Et in cap. officium: Quando Episcopus Missam canit, debet præcipere Sacerdotibus, ut induant se vestimentis sacris, & qualiter ad Missam procedant. debet enim præcipere custodi Ecclesie, ut in sacrario Christi Eucharistia propter infirmos non desit; debet in firmis providere, & providendo præcipere Sacerdotibus, nè fortè sine confessione, vel confirmatione corporis, & sanguinis Domini Nostri Iesu Christi moriantur: confessiones peccatorum eorum, qui à foris veniunt recipere cum omnibus Sacerdotibus, & exinde per provisionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, &c. Qui plura desiderat de Archipresbyteri munere, & dignitate, Azoriũ perlegat. At licet magna sit dignitas Archipresbyteri in communi, (ut diximus) tamen Sanctæ Mariæ Maioris Archipresbyteri est maior, cum in sua Ecclesia iurisdictionem similem illi, quam Episcopus habet in sua, obtineant, Beneficia conferant, Vicarios subrogent, partem reddituum consequantur, velut Canonici, corrigant, admoneant Clericos, atque ad eam omnes suæ ditioni subiectos. Dixi similem illi, quam Episcopus obtinet, iurisdictionem tenere, quia resident, & curam animarum habent, nec valent simul stare, ut Tridentina Synodus, & Sanctus Carolus Borromeus litteris ad Sanctæ Mariæ Maioris Capitulum scriptis testatur hoc pacto: *Reuerendi Signori come fratelli. Ho riceuuta la lettera amoreuole, che m'hanno scritta alli 23. del passato, nella quale mostrano*

Ioan. Azor. instit. mor. 2. lib. cap. 15. Archipresbyterii dignitas est maior S. Mariæ Maioris.

Conc. Triad. Sess. 23. cap. 1.

S. Caroli Borromei epistola.

A non poco sentimento della renuntia mia dell' Arcipretato della loro Chiesa, per l'amoreuolezza, che mi portano, in corrispondenza dell'affetto mio particolare verso di loro. Veggo bene, che s'ingannano, se pensassero, che io habbia lasciato quel carico per alcuno de rispetti, che toccano in detta sua lettera molto alieni & dalla deuotione mia verso quella Chiesa, & da la causa, che mi hà mosso à supplicare Nostro Signore à solleuarmene, che è stato il conoscere chiaramente, che non poteua portarlo con quiete della propria coscienza, & con sodisfattione del debito mio verso la lor Chiesa, stando l'obbligo principale, che hò di risidere continuamente in questa di Milano. Ma se bene hò lasciato il luogo, non hò però lasciato l'animo, & la pronta mia volontà di giouare à le cose loro in quel che potrò, sicome sono per adoprarmi per conto di Salone, poiche hauerò visto il memoriale, che ne hanno dato à Monsignor l'Eletto di Vercelli, che à quest' hora non è ancora giunto. Quanto alla fabrica incominciata, sò bene, che non hò io à pigliarne pensiero, massimamente essendo toccata la cura di quella Chiesa à Monsignor Illustrissimo Sforza, inclinatissimo all'ornamento di essa. mi resta pregarli, si come faccio, à tener memoria di me nell'orationi, & sacrificij loro. Di Milano li 7. di Gennaro 1573. Come fratello Il Cardinal Borromeo.

DE ILLUSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS

Cardinalibus S. Mariæ Maioris Archipresbyteris.

Caput III.



OSTQVAM diximus de officio, & munere Archipresbyteri, adhuc sequitur nonnullos nominatim exprime. re, qui hanc Basilicam gubernarunt. Primus igitur à nobis repertus Archipresbyter fuit Matthæus Cardinalis, ut in Archiuio huius Ecclesiæ legitur: *Matthæus Archipresbyter, sub Eugenio Pontifice Tertio, de anno eius octauo: à natiuitate Domini 1153.* Idem quoque habetur in Instrumento asseruato. Hoc tamen est: Aduertendum talem Cardinalè huius Basilicæ Archipresbyterum tẽpore Eugenij Tertij à nobis non inueniri apud Scriptores, qui vitas, & res gestas S.R.E. Cardinalium annotant. Hunc consequitur Paulus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, & Archipresbyter S. Mariæ Maior-

Primus Archipresbyter Matthæus Cardinalis.

Præcipuis festiuitatibus aut ipse celebrationem Missæ solemniter impleat, aut ad sui iussionem, cui committitur peragat veneranter.

Maioris, anno 1166. die tertia Martij; A fuit, dum Gregorius Octauus Petri sedē obtinuit, ita idem Panuinus: *Rolandus Paparo Senensis Diac. Card. S. Mariæ in Porticu*. Nihil amplius de hoc addētes, sed Clemētis Tertij, & Cælestini Tertij Pontificatum prætereuntes, quod mirum discrimen insinuat. Quare licet concludere, Diuē Mariæ Maioris Archipresbyterum, illum Rolandum extitisse, quē Lucius Papa Tertius ad Cardinalatum transtulit. Etenim ex duobus Rolandis ab Eugenio Tertio creatis, vnus Alexander Pōtifex Tertius, nimirum Rolandus Papyrus Senensis, tituli sancti Marci, S. R. E. Cancellarius; alter legitur Monachus fuisse, natione Gallus; licet alij velint à Lucio Papa Tertio inter Cardinales adscriptum: hoc tamen testantur, egregiē virtute, & literis ornatum esse, Monachum, & Abbatem Sanctæ Mariæ Dolonæ Galliæ.

Anno Domini 1166. De vita, & rebus gestis Clem. iij. vide Baron. tomo 12. ad ann. 1188. Vide etiā Ciaccon. de vit. summ. Pont. in vit. Clem. iij. Platin. de rebus gestis Clem. Honuphris in epitaph. summ. Pontif. & S. R. E. Cardinalium.

P. anno 1166. qui ab Alexandro fuit Episcopus, & Cardinalis creatus, postea ad sedem Petri conscendens, Clemens Tertius nomen habuit. Hic in Sanctæ Mariæ Maioris Ecclesia fuit nutritus, & eiusdem Canonicus. Post Paulum Scolarum Rolandus consequitur Archipresbyter, qui eam est moderatus anno 1191. toto Cælestini Papæ Tertij Pontificatu, & alijs sequentibus temporibus, velut ex fide dignis manuscriptis elicitur. *Rolandus Archipresbyter, sub Cælestino Papa Tertio, anno eius primo, à Natiuitate Domini 1190.* Hic qui Pontificum, & Cardinalium vitas, & gesta tradiderunt variē iactantur, nec tutē nobis esset, nisi manuscriptis iuuaremur, ex eodem Archiuio depromptis. Ex quibus est sciendum ijs temporibus tres Cardinales Rolandi nomen obtinuisse; & quidem duos Eugenius Tertius creauit: primum in prima promotione, anno 1145. Pontificatus sui anno primo, Viterbij; sic autem Ciaccon. *Rolandus Bandinellus Ranucci filius, Bandinelli nepos nobilis Senensis ex Clerico Ecclesiæ Pisane Subdiaconus Apostolicus primum; deinde Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmæ, & Damiani, postea Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, deinde Papa Alexander vocatus est.* Alter Rolandus ab eodem Eugenio fuit in Cardinalium ordinē lectus in tertia promotione, anno Domini 1150. *Rolandus Redonensis Pisanus, Monachus Cisterciensis Sanctorum Cosmæ, & Damiani.* Quamquam Honuphris in Vrbanū Tertij creatione fuisse dicat, anno 1185. Et in ea Gregorij Octauū, anno 1188. atque Clementis Tertij, quæ eodem anno aduenit. In illa tamen Cælestini Tertij non addit extitisse, fortasse quia nihil inuenerit, velut Ciaccon. Tertium Rolandum volunt in Vrbanū Tertij creatione adfuisse, anno 1188. & primus sui Cardinalatus fuit, & ex Panuino, anno secundo in prima promotione, quem etiam credit Senensem esse, non Monachum, sicut Ciacconius, affirmans à Lucio Papa Tertio Cardinalatus dignitatem suscepisse; sic enim loquitur. *Rolandus Gallus Monachus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu.* Idem ad-

De hac varietate Auctori, vide Honuphr. et Ciaccon. de vitis, & rebus gest. summ. Pont. in Pont. & Illustrijs. S. R. E. Cardin. in vit. Clem. Pape iij. Gregorij, Vrbanū iij. & Alexand. iij.

B C D E fuit, dum Gregorius Octauus Petri sedē obtinuit, ita idem Panuinus: *Rolandus Paparo Senensis Diac. Card. S. Mariæ in Porticu*. Nihil amplius de hoc addētes, sed Clemētis Tertij, & Cælestini Tertij Pontificatum prætereuntes, quod mirum discrimen insinuat. Quare licet concludere, Diuē Mariæ Maioris Archipresbyterum, illum Rolandum extitisse, quē Lucius Papa Tertius ad Cardinalatum transtulit. Etenim ex duobus Rolandis ab Eugenio Tertio creatis, vnus Alexander Pōtifex Tertius, nimirum Rolandus Papyrus Senensis, tituli sancti Marci, S. R. E. Cancellarius; alter legitur Monachus fuisse, natione Gallus; licet alij velint à Lucio Papa Tertio inter Cardinales adscriptum: hoc tamen testantur, egregiē virtute, & literis ornatum esse, Monachum, & Abbatem Sanctæ Mariæ Dolonæ Galliæ.

Post Rolandum Cardinalem, & huius Ecclesiæ Archipresbyterum, Petrus Saxonius sequitur, tit. S. Pudentianæ, qui inter Cardinales connumeratur ab Innocentio Tertio, in sexta promotione, anno 1206. & Pontificatus nono, sic Ciaccon. *Petrus Saxo Anagninus, Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ, tit. Pastor.* Sic verò de hoc legitur in marmorea tabula: *Petrus Saxonis Sanctæ Pudentianæ Cardinalis, anno duodecimo Innocentij Tertij Pape, tertio verò sui Cardinalatus anno fecit opus hoc.* Eundem reperimus apud Archiuium Innocentij Tertij Pontificatu huius Basilicæ Archipresbyterum, quod in quodam decreto habetur: *Rektorum Romane Fraternalitatis, quo decernitur, sub pœna excommunicationis dandum esse Presbyterorum solidorum octo Archipresbytero in Canonicis sanctæ Mariæ Maioris in Litanis maioribus.* In pergamento quoque apparet, die Iulij, anno 1212. quem pariter inuenimus Canonicum huius Basilicæ fuisse his verbis: *Petrus Saxo Canonicus Sanctæ Mariæ Maioris, etiam in fine Missalis cuiusdam Angeli de Toscanella.* Astorres Cardinalis fuit dictæ Basilicæ Archipresbyter, anno 1244. Sic in Bulla de talis Ecclesiæ bonis Innocentij Quarti Pontificatu. De hoc Cardinali nihil reperimus, præter id, quod in alato Archiuio notatur. Ciacconius etiam putat huius Ecclesiæ Archipresbyteratum tenuisse Petrum Capoccium Diaconum Cardinalem, tituli Sancti Georgij in Velabro, qui moritur anno 1258. & Astorri successit. Sic enim inquit: *Petrus Capoccius Diaconus Cardinalis Sancti Georgij in Velabro, & Archipresbyter Sanctæ Mariæ Maioris, obiit Roma,*

Kalen-

De rebus gestis huius Cardin. Rolan. vide Ciaccon. de vit. Cardin. in vit. Lucij Pape iij. ubi nonnullas adfertur adfertur.

Ciaccon. in vita Innoc. iij. De rebus gestis huius Car. vide Ciaccon. in vita Innoc. iij. & Honorij iij. summ. Pont. ubi adducit multas Bullas & manuscripta. Vide etiam Registrum Innocentij iij. anno 13. & registrum Honorij iij. anno 1. & 2. & 4. ubi multa leguntur de rebus præclaris huius Cardinalis.

Vide in Archiuio S. Mariæ Maioris Bullā confirmationis.

ci- che no in- uel- ler- one mi ar- che co- er- ho no, ia- va- per- di- non- ico- ta, effi- esa- mo- me- S, S of- ore- on- me. gu- rtus- ulis, fat- er- nini- cen- um- esby- in- est- as- con- est- ariz-

Kalendas 13. Iunij, anno Christi 1258. Pontificatus quinto Alexandri Papae Quarti consecrata Ecclesia Sanctae Mariae ad gradus Viterbij, quam edificauit Raynerius Capoccius Viterbiensis Cardinalis. corpus eius in Basilica S. Mariae Maioris sepultum est. Post quem in Archipresbyteratum Romanus nomine, successit Cardinalis, qui à Scriptoribus non annotatur. Nos verò allato Archiuio comperimus in quodam Instrumento, fuisse dictae Ecclesiae Archipresbyterum, Alexandro Quarto sedente, anno 1258. Ottho Bonus huius Basilicae Archipresbyter, Diaconus Cardinalis Sancti Adriani, in Petri sedem translatus est, nomine Adrianus Quintus, Genuensis, ex Flisicorum familia. huius Ecclesiae statuta composuit, quae hodie in pergamento leguntur, anno 1262. & Innocentius Quartus Pontifex Cardinalem creauit anno 1251. Pontificatus sui 8. eiusque nepos extitit.

De vita, & rebus gestis huius Othonis Bononi, vide Ciaccon. de vit. & rebus gestis summ. Pont. & Gardin. in vita Innocen. iv. & Adrin. v. Legi etiã Statuta huius Ecclesiae, quae conseruantur in Archiuio huius Basilicae. Anno 1258. Vide etiam Panuin. in vita Innocen. iv. & regist. eiusdem Innoc. de anno 1252. in Bibliotheca Vaticana.

In Archiuio legitur, Archipresbyteratum tenuisse an. 1291. Pont. Nicol. iij. Vide Panuin. & Ciaccon. in vita Nicolai iij.

De rebus gestis Card. Francisci Vrsini, vide Ciaccon. in vita summo Pontif. in vita Clem. v. & Pontif. viij. Vide etiam Panuin. in vita Bonifacii Ollaw.

De rebus gestis huius Cat. vide Homaphr. in vita Clem. v. anno 1305. Legi etiam Extrane. commun. lib. 5. de schismo. cap. unico. Dudum bona memoria. Vide etiam Ciaccon. de vit. reb. praclar. gestis huius Card. Columna, qui à Pontif. viij. priuatus fuit, & à Clem. v. restitutus anno 1305. Vide Sext. de schismo. lib. 5. de schismo.

Ex Bulla Ioan. xxij. conferuntur honores huius Basilicae.

De rebus gestis huius Card. & varietate Scriptorum, vide

Post consequitur Iacobus Columna Cardinalis, & talis Basilicae Archipresbyter, tituli Sanctae Mariae in Via lata, à Nicolao Tertio Cardinalis creatus, anno 1278. & Pontificatus secundo. Hic anterioris templi partis, & absidis auctor fuit. Cumque à Bonifacio Octauo priuatus esset, hunc consequitur Franciscus Vrsinus, Diaconus Cardinalis, tituli Sanctae Luciae in Silice, anno Domini 1298. & Bonifacii Octauo, quarto. Hic ad Cardinalatum ascendit Clemente Quinto promouente, anno 1295. Panuinus credit fuisse à Bonifacio Octauo Cardinalem creatum in prima promotione, anno 1295. & sui Pontificatus primo. Nobis sufficit Archipresbyterum esse varijs opinionibus dimissis. Post Bonifacium Octauum, Iacobus Cardinalis Columna in suas omnes dignitates à Clemente Quinto est restitutus, anno primo sui Pontificatus, & salutis 1305. sicut in Archiuio reperimus, his verbis: *Iacobus Columna Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconus Cardinalis, tituli sanctae Mariae in Via lata, Archipresbyter huius Basilicae sanctae Mariae Maioris, in Instrumento in pergamento, sub die 28. Maij, de anno 1318.* Ex quo apparet eundem esse, quem Nicolaus Tertius creauit, Bonifacius Octauus priuauit, & Clemens Quintus restituit. Petrus Columna, Diaconus Cardinalis, tituli sancti Angeli fuit talis Basilicae Archipresbyter, velut ex quadam Bulla deprehenditur, anno Domini 1325. & Pontificatus Ioannis Vigefimi secundi: *Petrus sancti Angeli Diaconus Cardinalis de Columna, & Archipresbyter sanctae Mariae Maioris, &c. Datum Auenion. anno Domini 1325. die tertia*

A *Octobris.* Hic Scriptores vacillant, non solum de nomine, sed etiam tempore, atque titulo. Nos cum nihil tutum inuenimus, praedictae Bullae adheremus. Sequitur Petrus Diaconus Cardinalis, tituli sanctae Mariae Nouae, Archipresbyter, vt ex pluribus Instrumentis in Archiuio asseruatis conijcitur, Urbani Quinti Pontificatu, anno 1365. *Petrus sanctae Mariae Nouae Diaconus Cardinalis, & Archipresbyter sanctae Mariae Maioris. Scriptores omnes, qui res praclare gestas summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium, summa cum diligentia annotarunt, hunc Petrum Cardinalem Rogerium Mostrum de Malmon te Lemouicensem Gallum, Comem Bellifortis Papae Clementis fratris filium Diaconum Cardinalem sanctae Mariae Nouae; postea Gregorium Vndecimum Papam creatum esse pernotarunt.* Etiã Marinus Vulcanus Presbyter Cardinalis, tituli sanctae Pudentianae talis Basilicae Archipresbyteratum tenuit, quod non solum ex Archiuij manuscriptis, sed etiam ex **C** ijs deprehenditur, qui summorum Pontificum res gestas tradiderunt. *Marinus Vulcanus Presbyter Cardinalis sanctae Romanae Ecclesiae, tituli Pastoris, Archipresbyter sanctae Mariae maioris, ordinatus Presbyter Cardinalis ab Urbano Sexto summo Pontifice Romano, in tertia sua promotione, currente anno 1381. eius Pontificatus quarto. Stephanus Palosius Hormanus Romanus Presbyter Cardinalis, tituli sancti Marcelli, fuit quoque Archipresbyter anno 1390. licet ex Instrumentis colligere, praeter id, quod Ciacconius, & Panuinus dicunt: *Stephanus Palosius Hormanus Romanus ex Canonicis sanctae Mariae maioris Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, ab Urbano Sexto Papa in sacrum Patrum Collegium collocatus fuit.* In Archiuio sanctae Mariae maioris in quodam Instrumento habentur haec verba: *Stephanus tituli S. Marcelli, Presbyter Cardinalis, Archipresbyter sanctae Mariae maioris, sedente Bonifacio Nono Pontifice Maximo, anno salutis 1390. G.* **E** Presbyter Cardinalis, tituli sancti Marcelli, Archipresbyter Sanctae Mariae Maioris, vt ex quibusdam Instrumentis illius Archiuij, in quibus legitur G. *tituli sancti Marcelli Presbyter Cardinalis, Archipresbyter sanctae Mariae maioris, vt legitur in quibusdam Instrumentis, de anno 1393. die 14. Decembris, quauis apud Auctores minus inuenierim illis temporibus hunc Cardinalem. Ioannes de Rupe scissa Gallus Archiepiscopus Rothomagen. Presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentij in Lucina, fuit huius Ecclesiae Archipresbyter,**

Homaphr. & Ciaccon. in vita Ioan. xxij. a quo creatus fuit Card. in 4. promotione Card. anno 1343. Annotatio, quod legitur in vita eius detur. Vide Instrumenta in Archiuio huius Basilicae.

De huius Petri rebus gestis, lege Ciaccon. in vita Clem. vij. vide etiam Homaphr. in vita eiusdem Pontif. Huius Petrus creatus fuit Cardinalis in tertia promotione Cardinalium, anno 1342. P. iij. 7. 6. d. c. iij. iij. d. c. iij. Ex Bulla Innocen. vi. & resp. s. Clem. vi. anno 1381. P. iij. 4. De rebus gestis huius Cardinalis, vide Ciaccon. de vit. sum. Pont. & Card. in vita Urbani Sexti, in tertia Cardinalium promotione, an. 31. & in quarta Cardinalium promotione num. 41. ubi legitur Archipresbyter sanctae Mariae Maioris.

Vide Ciaccon. & Homaphr. in vita Urbani vi. in quarta promotione Cardinalium.

Vide Instrumenta in Archiuio, quae habentur in archiuio huius Basilicae.

ter
Ga
dno
no
In
me
ny
cane
uj
Dor
re, q
dide
hyte
qu
a
hisse
dual
nifica
anno
Apr
his v
ij in
hyte
Pon
Epik
mili
anno
Euge
Presb
dispre
Alij
Cafin
caru.
Card
toniu
Mari
inuer
Euge
tas ci
ter C
galem
pas B
ter Ca
tem.
Mari
inuer
Albe
Gulie
stirpe
Silue
res,
uilla,
pas
concep
les de
mont
Porta

ter, velut in Archiuio: Ioannes de Rupescissa Gallus, Archiepiscopus Rothomagen. Presbyter Cardinalis sancti Laurentij in Lucina absens de anno 1427. à Martino Papa Quinto creatus fuit.

In Archiuio habetur anno 1428. in Instrumento in pergamento ad Sacellum S. Hieronymi spectante. Ioannes Vitellescus Cornetanus presbyter Cardinalis, tituli S. Laurentij in Lucina Archipresbyteratū tenuit anno Domini 1431. quod videtur ab ijs dissentire, quæ Panuinus, & Ciaconius scriptis tradiderunt: Ioannes Vitellescus Cornetanus Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucina, qui apud Scriptores legitur creatus Cardinalis fuisse ab Eugenio Papa Quarto, in secunda Cardinalium promotione, currente anno 1437. Pontificatus 7. quinto Idus Augusti. & mortuus est anno 1439. Romæ, in mole Adriani 6. Idus Aprilis.

Nos in Archiuio S. Mariæ maioris, his verbis reperimus: Ioannes tituli S. Laurentij in Lucina, Presbyter Cardinalis, Archipresbyter S. Mariæ maioris de Vrbe, de an. 1431. Pontificatus eius primo. Antonius Cascinus Episcopus Senensis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Marcelli etiam Archipresbyter extitit anno 1438. velut ex Instrumentis, & Bullis Eugenij Quarti, in quibus habetur: Antonius Presbyter Cardinalis, tituli sancti Marcelli, Archipresbyter Basilicæ sanctæ Mariæ maioris.

Alij de hoc Cardinali sic scribunt: Antonius Cascinus Cuius, & Episcopus Senensis Thesaurarius Pape, & Cameræ Apostolicæ. Presbyter Cardinalis, tituli sancti Marcelli. Sed nos Antonium hunc Cardinalem Basilicæ sanctæ Mariæ maioris, Archipresbyterum fuisse inuenimus, anno 1438. die Iunij 14. vt ex Eugenij Bulla. Sequitur Nicolaus Albergatus cuius, & Episcopus Bononiensis, Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem: Nicolaus Albergatus Cuius, & Episcopus Bononiensis, Ordinis Carthusianorum, Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem.

Nos verò hunc Cardinalem Sanctæ Mariæ maioris Archipresbyterum fuisse inuenimus 1439. die quinta Iunij. Nicolao Albergato in Archipresbyteratum successit Gulielmus de Estouteuilla Gallus, ex regia stirpe, presbyter Cardinalis, tituli sanctorum Siluestri, & Martini de monte; velut Auctores, qui sic scribunt. Gulielmus de Estouteuilla, Regum Francorum consanguineus, Episcopus Madianensis, post Andegauensis, deinde Archiepiscopus Rothomagensis, presbyter Cardinalis tituli sanctorum Siluestri, & Martini in montibus, tituli Equitij, Episcopus Cardinalis Portuensis, demum Ostiensis, & Cardinalium

A Collegij Decanus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius. & Archipresbyter sanctæ Mariæ maioris, multis legationibus pro Sede Apostolica functus. Quod dictum superius est percepimus ab Auctoribus, qui res gestas huius pijssimi Principis pernotarunt. Quem nos in Archiuio huius Basilicæ, & nonnullis fide dignis manuscriptis Archipresbyterum fuisse intelleximus, & hæc sunt verba, quæ leguntur ex superius adductis manuscriptis: Gulielmus tituli sancti Martini in montibus, presbyter Cardinalis, de Estouteuilla nuncupatus, Episcopus Rothomagensis, Archipresbyter huius Basilicæ, sedente Eugenio Quarto Pontifice Romano, anno salutis 1445. & de anno 1472. Legitur etiam Episcopus Ostiensis, vt in quodam Instrumento in pergamento, sub die 23. Septembris. Fuit etiã Camerarius anno 1483. vt habetur in eius Instrumento, in Archiuio asseruato. Rodericus postea successit, Calisti nepos, Diaconus Cardinalis, tituli sancti Nicolai in Carcere, de quo sic scribunt: Rodericus Lenzolio Borgia Pape Calisti ex altera

C sorore nepos, Diaconus Cardinalis, tituli sancti Nicolai in carcere Tulliano, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, Episcopus postea Portuensis, & sanctæ Rufinæ, demum Alexander Sextus renunciatus est, qui à Calisto summo Pontifice Romano Diaconus Cardinalis ordinatus fuit, currente anno 1456. prima sua Cardinalium promotione. In Archiuio sanctæ Mariæ maioris, ex nonnullis Instrumentis hunc Rodericū Borgiam S.R.E. Cardinalem, Episcopū Portuē. & Vicecancell. & Archipresbyterum huius Basilicæ fuisse percepimus, anno 1483. die 24. Februarij. Hunc Ioannes Baptista Sabellus Diaconus Cardinalis, tituli sancti Nicolai in carcere confectus est, quod ex Archiuio deprehendimus: Ioannes Baptista Sabellus Cardinalis Archipresbyter huius Basilicæ, de anno 1492. obiit die 18. Septembris 1498. De hoc Cardinali apud Scriptores hæc sunt verba, quæ inuenimus: Ioannes Baptista Sabellus Romanus, Protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano, qui à Sixto Papa Quarto Cardinalis creatus fuit, anno Domini 1486. Post Sabellum Archipresbyteratum Ioannes Baptista Vrsinus tenuit Diaconus Cardinalis, tituli sanctæ Mariæ nouæ. Ioannes Baptista Vrsinus Domicellus Romanus, Clericus Cameræ Apostolicæ, Protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ nouæ, post Presbyter sanctorum Ioannis, & Pauli, qui à Sixto Papa Quarto, in septima sua Cardinalium promotione in sacrum Presbytero-

Ciacon. in vita Calisti Pape Terrij. & in vita Alexandri vi. qui primò prenotauit.

Vide Sixtum vi. Pont. qui in sua prima Cardinalium creatione Diaconum Cardinalem ordinavit anno 1480. obiit anno 1498. Alexandri sexti, anno 7.

Vide etiã Ciaconium in vita Alexandri vi. Vide Ciacon. & Honupbr. in vita Sixti vi. obiit anno 1503. sepultus ad S. Petrum, die 22. Februarij.

Honupbr. de Ciacon. in vita Martini Quinti, qui obiit anno 1458. in sua legatione, de anno 1437. Kalen. 7. Aprilis.

De rebz gestis huius Cardinalis vide Honupbr. & Ciacon. in vita Eugenij IV. qui perlegat. & maxima cū diligentia proutarunt. sed de temporibus non bene eruditi, quoniam nos ipsum Cardinalē inuenimus Archipresbyterum Basilicæ S. Mariæ Maioris de anno 1431. die 28. Septembris. in Bulla, quæ habetur in pergamento, sub Eugenio Quarto, anno eius primo.

De rebz gestis huius Antonij Cardinalis, vide Ciacon. in vita Martini Pape v. Vide etiam Honupbr. in loco supra adducto in secunda Cardinaliū creatione, an. 1426. Pontific. 9. nono Kalen. Iulij.

De rebz gestis huius Nicolai, vide Honupbr. Ciacon. in vita Martini v. qui in sacro Cardin. Collegio collocati, in fecula Cardin. promotione, anno 1426. Pontif. 9. Kalen. Iulij. Lege Bullā Eugenij Quartij, quæ habetur in Archiuio S. Mariæ Maioris, in pergamento.

De vita, motibus, rebzque gestis huius rehgiosissimi Principis, vide Ciacon. Honupbr. de vitis summi Pontif. Rom. & Cardin. in vita Eugen. Pape vi. à quo in tertin Cardinaliū promotione sacra purpura ornatus fuit, anno 1438. qui obiit Romæ, an. Domini 1487. Pontific. vi. an. 12. die 11. Kalen. Ianuarij.

Vide Instrumta aduicula, quæ habentur in Archiuio Basilicæ.

rum Collegium associatus fuit, anno Dom. 1483. Pontificatus decimotertio, Romae septimo Kalendas Ianuarij. In Archiuio sanctae Mariae maioris inuenimus hunc Cardinalem Vrsinum Archipresbyteratū cepisse, per obitū Ioannis Baptistae Sabelli, anno Domini 1498. die 25. Septembris. Huius locum post Sabel- lum Cardinalem Iulianus Caesarius obti- nuit Diaconus Cardinalis, tituli sanctorum Sergij, & Bacchi, anno 1503. velut in Ar- chiuiio legimus, & apud eos, qui Cardina- lium res gestas annotarunt: *Iulianus Iunior Caesarius Romanus Protonotarius Apostolicus electus Episcopus Asolanus, Diaconus Cardina- lis sanctorum Sergij, & Bacchi, postea sancti An- geli, qui ab Alexandro Sexto in amplissimorum Patrum ordinem annumeratus fuit in secunda Cardinalium creatione, currente anno 1493. qui obiit Romae sabatho, die prima Maij, anno Do- mini 1510.* Nos in Archiuio Archipresby- terum fuisse inuenimus, vt per quoddam In- strumentum possessionis, die quinta Martij. 1503. sedente Iulio Secundo. Post Caesarium Cardinalem in Archipresbyteratus dignitatem Petrus Ludouicus Borgia con- scendit, Diaconus Cardinalis, tituli sanctorum Nerei, & Achillei: *Petrus Ludouicus Borgia Diaconus Cardinalis sanctorum Nerei, & Achil- lei, mox presbyter tituli sancti Marcelli, sanctae Romanae Ecclesiae maior Penitentiarius, qui ab Alexandro Papa Sexto Cardinalis creatus fuit in octaua sua Cardinalium creatione, anno Domini 1500. Pontificatus octauo, Kalendis Octobris, qui obiit currente anno Domini 1511. Neapoli.* In Archiuio Instrumento Archipresby- terum inuenimus, Anno Domini 1508. Borgia defuncto Archipresbyteri gradum tenuit Petrus Ifualis, Siculus Mamertinus, Cardinalis tituli sancti Cyriaci in thermis singulari virtute illustris. *Petrus Ifualis Mes- sinensis Siculus, Archiepiscopus Rheginus, presby- ter Cardinalis, tituli sancti Cyriaci in Thermis Sedis Apostolicae, sub Alexandro Sexto in Vnga- ria, & sub Iulio Secundo Pontificibus, Bononiae Legatus, anno 1511. moritur Cesena, die Lunae, 22. Septembris, cuius cadauer Romam in eadem sanctae Mariae maioris, cuius erat Archi- presbyter, translatum est.* Nos in Basilicae Ar- chiuiio tali pacto scriptum inuenimus: *Petrus tituli sancti Cyriaci in Thermis Presbyter Cardi- nalis, Messanensis, & Archiepiscopus Rheginus, cepit esse Archipresbyter anno 1510. die quarta mensis Maij, vt in Instrumento possessionis, quod habetur in suprascripto Archiuio. Quare praedicti Auctores errarunt de tempore mor- tis Petri Ludouici Borgiae, dum aiunt diem*

Vide Claecon. et Panuin. in vita Alexand. Papa Sexti, usque ad Iulium Secun- dum.

Vide Honaphr. & Claecon. qui dicunt creatum fuisse Card. ab Alexand. vi. in sua octaua Car- din. promotione, anno 1500. Pont. viij. a. Kalen. Octobris, Roma.

A suum, anno 1511. obiisse: etenim apud Ar- chiuium habetur successorem, eius obitu, Ar- chipresbyteratum assumpsisse anno 1500. mensis Maij; nisi forte dicant ex renuncia, contigisse, quo casu quiescerem. Leonardus Grossus de Ruuere, Presbyter Cardinalis, ti- tuli sanctorum Gabini, & Sufannae, post Pe- trum Ifualem Archipresbyteri curam suscepit. *Leonardus Grossus de Ruuere Saouensis legitur Episcopus Agemensis, presbyter Cardina- lis, tituli sanctorum Gabini, & Sufannae ad duas domos, maior Penitentiarius, a Iulio Secun- do Papa creatus in secunda sua Cardinalium crea- tione, anno Domini 1505. eius Pontificatus tertio. Ex Instrumentis, alijsq; Basilicae manu- scriptis, Archipresbyterium cepisse, in- telleximus, anno Dom. 1511. die 4. Octob. per obitum Petri Cardinalis Messanen. moritur die 1. Nouebris, anno Domini 1520.* In Leonardi locum Andreas de Valle Cardi- nalis, tituli sanctae Agnetis successus est. sic enim habetur apud Auctores: *Andreas de Valle Romanus, Episcopus Melitensis, presbyter Cardinalis, tituli sanctae Agnetis in Agone, & post tit. sanctae Priscae, a Leone Decimo summo Pontifice creatus, in quarta Cardinalium or- dinatione, currente anno 1517, Pontificatus sui quinto, Romae Kalendis Iunij moritur, anno Do- mini 1534. pridie Idus Augusti.*

Nos in Archiuio Basilicae sanctae Mariae maioris comperimus Archipresbyterum ex- titisse; cuius possessionem assumpsit, anno 1520. per obitum Leonardi, Clemente Septi- mo summo Pontifice.

Post Cardinalem de Valle, Paulus Caesius Romanus, Diaconus Cardinalis, tituli sancti Nicolai in carcere, fuit Archipresbyter con- stitutus: *Paulus de Caesio Romanus, Protonota- rius Apostolicus, Cancellarius Apostolicae regens, Diaconus Cardinalis sancti Nicolai inter Im- gines, & post tit. S. Eustachij, a Leone Decimo Pontifice Maximo, in sua quinta Cardinalium creatione ordinatus, anno Domini 1517. Kalen- dis Iulij, nonis Augusti obiit anno Domini 1537. & sepultus est ad sanctam Mariam maiorem, cuius erat Archipresbyter. In Archiuio huius Ba- silicae.*

E Caesij Cardinalis munus Alexander Far- nesijs adeptus est, de quo legimus: *Alexan- der Farnesijs, Pauli Tertij Pont. Max. ex filio Petro Lusio nepos, Romanus, Diaconus Cardi- nalis sancti Angeli primò, postea sancti Lau- rentij in Damaso, & sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarius, Auenionensisque Legatus, a Paulo Tertio, in prima Cardinalium ordinatio- ne creatus, anno Domini 1534. Pontificatus primo,*

Vide Claecon. & Honaphr. in vi- ta Leonis Deci- mi, Adriani vi. & Clem. viij.

De rebis gelli Cardinali de Valle, vide Honaphr. Claecon. in vita Leon. x. Adriani vi. & Clem. viij.

Vide Honaphr. & Claecon. in vita Leon. x. & Pauli iij.

Vide Claecon. qui optimè seruat in ista Basilica, vix- tum descripti- onem. Vide etiam Honaphr. in vita Pauli iij. usque ad Sixtum v.

primò
Basilicae
sanctae
1583
Mari
inuen
quo p
idus
Caesij
tum t
malis
ne, an
dicitur.
absent
licae co
Ioann
sancti
Cardin
Guidi
ab Urb
ff. P
maius,
Praxec
restant
rem ne
dislane
tore R
ctorum
tuni in
tituli s
maior
Archiep
1564.
renunc
cum A
gios lab
ledente
tifice. E
uembri
mus, se
Ecclesi
rum or
delium
tia Pres
in Via
mus) A
sfortia
Comer.
pus Par
E. M.
ximo.
decima
esse J
maspro
gaur.
Post A.

primo, die Veneris, 21. Maij, Archipresbyter Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris prius, postea sancti Petri in Vaticano, moritur anno Domini 1589. die sextononas Martij. Et in Sanctæ Mariæ maioris Archiuio Instrumentum inuenimus, vel potius memoriam dici, in quo possessionem suscepit; nimirum pridie idus Augusti 1537. per obitum Cardinalis Cæsij. Post Alexandrum Archipresbyteratum tenuit Guidus Ascanius Sfortia Cardinalis Sanctæ Floræ, ex Alexandri resignatione, anno 1543. sicut ex Archiuio deprehenditur. Hoc tamen est annotandum, quod in absentia à Romana Curia, pro Sedis Apostolicæ commodo suscepta, in locum substituit Ioannem Baptistam Cicadam, Cardinale

Ciaccon. & Honorat. in vita Pauli ij. & Pij. Ioannes Antonius Petramellari in vita Pij Quarti.

Ciaccon. & Honorat. in vita Julij ij. & Io. Ant. Petramellari in vita Pij Quinti.

Vide Ciaccon. & Io. Ant. Petramellari in vita Gregor. xij.

sancti Clementis: Ioannes Baptista Cicada, Cardinalis sancti Clementis, substituitur in locum Guidi Sfortie, Cardinalis sanctæ Floræ absentis ab Vrbe, anno 1564. die decimaquarta Augusti. Post Sfortiam Sanctus Carolus Borromæus, moderatus est, Cardinalis tituli sanctæ Praxedis; de cuius vita passim monumenta testantur: nos tantum attingemus, quæ ad rem nostram faciunt: Carolus Borromæus Mediolanensis, Pape ex sorore nepos, utriusque signaturæ Referendarius, Diaconus Cardinalis, sancti Eborum Viti, & Modesti, postea sancti Martini in Montibus, deinde Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Praxedis Cardinalis vocitatus, maior Penitentiarius, sanctæ Mariæ Maioris Archipresbyter. Cuius possessionem, anno 1564. susceptam postea anno 1572. spontè renunciauit, existimans haud posse simul cum Archiepiscopatu constare: & post egregios labores in cælum euolauit, anno 1585. sedente Gregorio Decimotertio summo Põtificæ. Et anno Domini 1610. Kalendis Nouembris, Paulus Quintus Pontifex Maximus, solemnè pompa, atque cæremonijs in Ecclesia sancti Petri in Vaticano, in Sanctorum ordinem redegit, maxima Christi fidelium veneratione. Postea Alexander Sfortia Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Mariæ in Via, ex renuncia sancti Caroli (vt diximus) Archipresbyter est creatus. Alexander Sfortia, ex Comitibus sanctæ Floræ, Romanus Camera Apostolicæ Præsident Clericus, Episcopus Parmensis, Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Mariæ in Via, à Pio Quarto Pontifice Maximo, declaratus, anno salutis 1565. die duodecima Martij, Pontificatus sexto, vita excessit Maceratæ, anno Domini 1581. die decima septima Kalendas Iunij. & in Archiuio legitur Archipresbyterum talis Basilicæ fuisse. Post Alexandri obitum, Philippus Boncom-

Vide Ciaccon. & Petramellari in vita Pij. & Gregor. vij. xij.

Vide Ciaccon. & Petramellari in vita Greg. xij. & Sixti Quinti.

pagnus Cardinalis, tituli sancti Sixti, & Gregorij Decimotertij nepos, ad Archipresbyteratū peruenit: Philippus Boncompagnus Bononiensis, Gregorij Decimotertij Pape ex fratre Boncompagno Senatore nepos, Presbyter Cardinalis, tituli sancti Sixti, sanctæ Mariæ maioris Archipresbyter, ab ipso Gregorio Decimotertio Pontifice ordinatus anno Christi 1572. die secunda Iunij, Pontificatus primo. Obijt Roma anno à Virginis partu 1586. die septima Idus Iunij, atatis sue anno 38.

Sequitur Philippum Boncompagnum, Decius Azzolinus, Firmanus, Presbyter Cardinalis, tituli sancti Matthæi in Merulana, velut ex Archiuio, & ex alijs Auctoribus deprehenditur, qui anno 1587. vita functus; eius locū obtinuit Dominicus Pinellus Cardinalis, tituli sancti Laurentij in Pane, & Perna, anno 1587. quem nosmet vidimus; & sæpius cum illo tractauimus: Dominicus Pinellus Genuensis, Camera Apostolicæ Præsident Clericus, Episcopus Firmanus, Presbyter Cardinalis, tituli sancti Laurentij in Pane, & Perna, Archipresbyter, & postea Episcopus Ostiensis, & Veliternus, sacrique Collegij Decanus, à Sixto Quinto ordinatus, anno 1585. Pontificatus primo, 15. Kalendas Ianuarij, in secunda Cardinalium creatione, qui obiit die nona Augusti, anno 1611. & sepultus est in Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris, in pavimento apud Alcare maius. Quo mortuo, Paulus Quintus Pontifex Maximus, ad hanc dignitatem Michaellem Angelum Tontum, tituli sancti Bartholomæi in Insula, Cardinalem Nazarenum promouit. Postea successit Ioannes Garzias Mellinus, Presbyter Cardinalis, tituli sanctorum Quatuor Coronatorum ex Michaelis resignatione, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Vicarius, anno Domini 1614. die vigesima septima Aprilis, velut ex possessionis Instrumento apparet.

Vide Ciaccon. & Petramellari in vita Sixti v.

Inuenimus in Archiuio capisse possessionem Archipresbyteratus 27. Octob. 1587. per obitum Cardin. Azzolini.



Vide Ciaccon. & Honorat. in vita Pauli ij. & Pij.

De rebus Cardinalium Valle, & Honorat. in vita Leonis. Adrian. & Ciaccon. & Honorat. in vita Pij.

Vide Honorat. & Ciaccon. in vita Leonis. & Pauli ij.

Vide Ciaccon. & Honorat. in vita Pij. & Gregor. vij. xij.

Vide Ciaccon. & Petramellari in vita Greg. xij. & Sixti Quinti.